



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>

ACI

Digitized by Google

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK



1047 4085

*Gaag IV. 2.
A.*

PL 995

K R O N I J K

VAN

GERARDUS COCCIUS.

*Uitgegeven door de Vereeniging tot beoefening van
Overijsselsch Recht en Geschiedenis.*

DEVENTER,
J. DE LANGE.
1860.

X 72
BZ
Gooch
42.
O/E 03

K R O N I J K

VAN

GERARDUS COCCIUS.


ACL
823

K R O N I J K

VAN

GERARDUS COCCIUS.

*Uitgegeven door de Vereeniging tot beoefening van
Overijsselsch Regt en Geschiedenis.*



DEVENTER,
J. DE LANGE.
1860.

De Klooster-kronijken maken, gelijk bekend is, een aankerkelijk gedeelte der middeneeuwsche letterkunde uit. Meestal opgesteld om berigt te geven van de stichting en uitbreiding, de begifsting en het bestuur der godsdienstige vereenigingen, bevatten zij tevens ophelderingen over kerkelijk regt en kerkelijk leven; teekenen zij een aantal gebeurtenissen van hunnen tijd aan, die men elders niet geboekt vindt; vermelden zij namen van plaatsen en personen en dienen voor de Topographie en Genealogie. Het zijn onmisbare bronnen voor de Geschiedenis.

Weinig zoude men van de godsdienstige stichting te Zwolle, onder den naam van Bethlehem of Belhem bekend, weten, zonder de Kronijk van GERHARDUS COCCIUS. Volgens LINDEBORN, *Hist. Episc. Daventr.* p. 305, leefde deze omtrent het jaar 1420, hetgeen men ook wel daaruit zou

opmaken, dat de Kronijk slechts tot het jaar 1391 loopt. Doch VAN HATTUM, in zijne *Geschiedenis en Beschrijving van Zwolle*, V. bl. 160, plaatst zijnen leeftijd, met reden, eene eeuw later, omtrent 1520. Immers Coccius schrijft, dat hij haar op begeerte van Joannes Aldenzeel, zijnen Prior en tijdgenoot, met wien hij ingekleed was en professie gedaan had, bijeenverzamelde; en het blijkt van elders, dat deze Prior niet omtrent het jaar 1420, maar wel omtrent 1520 geleefd heeft. Dat de Kronijk niet volledig tot ons gekomen is, zal bij de mededeeling van den inhoud blijken, en zij moet oorspronkelijk veel verder dan 1391 gereikt hebben. LINDEBORN zag ook niet meer, dan ons fragment; maar ROSWEIJDE haalt de Kronijk op het jaar 1471 aan. Hij doet dit in zijne *Notatio ad Vitam Thomae a Kempis Canonici Regularis ex variis auctoribus ab Heriberto Rosweydo concinnatum*, staande achter *Heriberti Rosweydi e Societate Jesu Vindiciae Kempenses pro libello Thomae a Kempis de Imitatione Christi adversus Constantinum Cajetanum Abbatem S. Baronti, Antverpiae apud Petrum et Joannem Belleros MDCXXI*, en te gelijk met het *Chronicon Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Capituli Windesemensis*, auctore Joanne Buschio, *Can. Reg.*; accedit *Chronicon Montis S. Agnetis*, auctore Thoma a Kempis *Can. Reg.*, nunc primum in lucem edita una cum *Vindiciis Kempensibus Heriberti Rosweydi Soc. Jesu pro libro de Imitatione Christi. Antverpiae apud Petrum et Joannem Belleros*. Anno 1621 uitgegeven. Hij beroept zich, bl. 121, bij de vermelding van het sterfjaar van Thomas, op het *Chronicon Bethleëmiticum*, waarin voorkomt: *Thomas a Kempis transit ex hac vita anno MCCCCLXXI.*

aetatis XCII. VIII. kal. sextiles (1). De pogingen van VAN HATTUM, om een volledig afschrift te verkrijgen, zijn vruchteloos gebleven.

VAN HATTUM heeft deze Kronijk, in zijn boven aangehaald werk, vlijtig gebruikt, zoowel bij het vermelden van de stichting der stad door bisschop Willebrand, als bij het

(1) Wij kunnen ons niet weérhouden, om hier bij te voegen, wat ROSWEIJDE, in boven genoemd zeer zeldzaam geworden werk, op de vermelding van dit sterfjaar laat volgen: „*Qaod etiam confirmat carmen tabulae inscriptum, quae Swollis servatur:*

*Montanaeque domus, vicinorumque locorum
Effigiem Thomae Kempisiique vides.
Qui sacri quandam primaria gloria dictus
 Ordinis, et phoenix deliciumque gregis.
Isula quas urbes, quas praeterlabitur arces,
 Quos saltus Vechtis, picta tabella refert.
BIs denis LVstris annos si demseris oCto,
 oCCVbVit ThoMas fVnCtus, et astra petit.
Hoc tibi, Dive, domus praeses Cuperinus alumno
 Mnemosijnon posuit, quem prece junge Deo.*

Hanc tabulam, quae Coenobium montis sanctae Agnetis una cum effigie Thomae à Kempis representat, fieri curavit ultimus coenobii illius Prior R. P. Cuperinus anno MD.LXIX (1569). In penultimo disticho aetatem Thomae diserte expressit, et simul obitum ejus Chronographicò versu, prout illa aetas ferebat, litteris eminentioribus indicavit M.C.C.C.L.VVVVI. — Coenobium autem in Monte S. Agnetis vulgo dicitur *Bergh-clooster van mirakelen*, id est, Montis-monasterium miraculorum, quod nomen obtinuit ex miraculorum frequentia, quae Deus ibi exhibere solet, hodieque multi Catholici, antiquae retinentes pietatis, nudis id pedibus adeunt ob signorum ibi editorum et ipsius Thomae memoriam: cuius me suffragio enixe commendo.

Eene door den bekenden pastoor ARNOLD WAIJER geauthentiseerde copij van de door Rosweijde vermelde schilderij is in het bezit van Mr. F. P. A. HEERKENS te Zwolle.

verslag der verovering van het kasteel Voorst, en vooral bij de geschiedenis van het convent zelf. Wij vinden evenwel in het Handschrift nog een en ander, dat niet bij hem voorkomt, als: de lijst van Schout en Schepenen te Zwolle in 1309; de lijst der verkregene goederen tot 1391; het regtsgeleerd advies bij het geschil met den pastoor te Zwolle, en de inkleding der eerste kloosterbroeders.

Ofschoon dus een gedeelte èn bij LINDEBORN èn bij den genoemden *Geschiedschrijver van Zwolle* te vinden is, besloot de Vereeniging tot beoefening van Overijsselsch Regt en Geschiedenis, de Kronijk, zoo als zij voorkomt, uit te geven, en wel naar het éénige nog vorhanden afschrift, door de hand van pastoor ARNOLD WAIJER (overl. 1692), en in het bezit van Mr. J. C. BIJSTERBOS te Kampen, die het daartoe bereidwillig afstond. Zij vleit zich eenigzins met de hoop, dat de uitgave, bij de tegenwoordige meerdere bekendheid van hetgeen in verzamelingen en archieven voorkomt, aanleiding geven kan, om het stuk hier of daar in zijne oorspronkelijke gedaante terug te vinden.

Het gesticht te Zwolle stond eerst onder het klooster Bethlehem of Bielhem bij Doetinchem en ontleende er zijnen naam van. Het archief van dit klooster bevindt zich thans in het provintiaal archief van Gelderland te Arnhem. Er is verslag van gegeven in de *Bijdragen voor de Vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde* van J. A. NIJHOFF, D. IX. bl. 1 volg. Het werd ons bereidwillig vergund, de stukken, die op het Zwolsche convent betrekking hebben, onder het oog te krijgen en te gebruiken.

1° Het originele testament van Bernardus de Vullenho,

van 8 Mei 1309, op perkament met de drie, gedeeltelijk beschadigde, zegels in groen was.

2° De originele goedkeuring van bisschop Guido, van 13 Jan. 1311, op perkament, met een zegel van groen was. — Daar beide deze stukken bij Coccius en VAN HATTUM voorkomen, zullen aan den voet der bladzijden slechts enkele varianten aangeduid worden.

3° Brief van Johannes elect te Utrecht, van 30 Aug. 1323, op perkament, met een zegel in rood was, waarbij hij uitspraak doet in het geschil tusschen den proost van Bethlehem bij Doetinchem en de reguliere kanonniken te Zwolle, over de aanstelling van eenen prior en de onderhoorigheid van den laatsten aan den eerste. Bijlage A.

4° Eene bul van Paus Johannes (XXII) te Avignon, 1 Dec. 1323, op perkament, thans zonder zegel, waarbij de abt van St. Jacob te Luik, de aartsdeken van Famenne en de thesaurier der Luiksche kerk, gemagtigd worden, om de uitspraak van den elect te Utrecht voorn., waarvan de proost en het convent bij Doetinchem, voor zoo ver die uitspraak tegen hen was uitgevallen, bij den H. Stoel geappelleerd hadden, te bevestigen of te niet te doen. Bijlage B.

5° De abt van St. Jacob te Luik doet, 7 April 1326, uitspraak in het bovengenoemde geschil en vernietigt die van den bisschop van Utrecht, voor zoo ver zij tegen den proost van Bethlehem bij Doetinchem was uitgevallen. Op perkament met aanhangend zegel in bruin was. Van dit zeer breedvoerige stuk volgt slechts de aanvang en het slot, dat de einduitspraak bevat, in Bijlage C.

6° Eene bul van Paus Bonifacius (IX), van 29 Mei 1396,

op perkament, thans zonder zegel. De Paus, bekrachtigd hebbende de vereeniging der kloosters te Windesheim, te Eemsteen, te Marienborn bij Arnhem en van het Nieuwe Licht bij Hoorn, tot een generaal kapittel, ontheft het convent te Zwolle van de onderhoorigheid aan het klooster Bethlehem bij Doetinchem en vergunt, dat het zich onderwerpe aan het voornoemd generaal kapittel. Bijlage D. Uit dit stuk blijkt, dat de onderwerping van het convent te Zwolle aan het algemeen kapittel van Windesheim niet, gelijk LINDEBORN, p. 304, en VAN HATTUM, V. bl. 177, melden, omtrent 1430, maar reeds in 1396 heeft plaats gehad, en dat het *het vijfde* was, hetgeen in deze vereening werd opgenomen. Verg. ook DELPRAT, *Verhand. over Geert Groete*, 2^{de} druk, bl. 218.

De stukken onder N° 3, 4, 5, 6 kunnen tot aanyulling der geschiedenis van het Zwolsche convent en van de Kronijk van Coccius dienen. Wij voegen er nog de lijst der goederen van het convent bij, zoo als zij, na het overlijden van den laatsten procurator des kloosters, Arnoldus van Middendorp, door de daartoe gecommitteerde provisoren zijn overgenomen. Het stuk is van 1599 en berust in het stedelijk archief van Zwolle.

CHRONICON GERARDI COCCII.

*Quod Monasterium Bethleemense non fuit
ante Zwollam.*

Longe sunt a veritate, qui contendere volunt, Monasterium nostrum jam fuisse, cum Zwolla nondum esset: fuit enim Villa et Parochia (licet parva) a multis annis ante nostram fundationem. Verum Anno Domini MCCXXXIII vel circa (1) Reverendissimus in Christo Dominus Willibrandus Comes de Oldenburch, trigesimus quintus Traiectensis Episcopus, dum in Villa Zwollensi graviter infirmatus in Curta sive Curia de Vollenho, et quae nunc est Bethleem Monasterium nostrum: sollicitaverunt apud illum Incolae pariter et Accolae, cupientes sibi leges dari municipales, ut villam scilicet efficeret Oppidum, qui libens annuit eorum

(1) Wij twijfelen niet, of het geschil omtrent het jaar, waarin aan Zwolle stadsregten verleend zijn, 1233 dan wel 1230, moet in den laatsten zin beslist worden. Het afschrift van den brief, door VAN HAT-TUM, I. bl. 125, medegedeeld, was naar eene fautive kopij, die hem verstrekt was. Maar in de kopij, in het Privilegieboek ter secretarie berustende, staat duidelijk aan het hoofd: *Anno dni Millesimo ducentesimo Tricesimo*, zonder bijvoeging van *tertio*. (Verg. v. H., bl. 133). En in het stuk zelf: *Millesimo ducentesimo Tric esimo*. De letters *ent*, die tusschen *Tric* en *esimo* gestaan hebben, zijn geradeerd en nog duidelijk te onderscheiden, en waren waarschijnlijk eene door den afschrijver begane en herstelde fout, evenwel niet van dien aard, dat daaruit het jaartal 1233 zou blijken.

votis et non multis post diebus supervivens obdormivit in Domino; vectusque fuit Trajectum, ibique ad S. Servatium sepultus.

Quo audito, ex omnibus circumvicinis Villagiis, scilicet Assenderp, Ittersum, Zuthem, Windesem, Herckelo, Oldeniel, Schelne, Spoolde, Westenholte, Vekaten, Mastebroeck, Langenholte, Ghenne, Haerst, Herfte, Berckmede, Wijtman etc. congregati in Middelwyck, ubi major pars Zwollae erat, Oppidum effecerunt. Timore raptorum, qui in castris Voorst, Rechteren et Eerde morantes frequentes irruptiones in illos facientes, praedas agebant, velut e speluncis latronum.

De Scabinis et Plebiscitis jam Oppidi Zwollensis.

Confestim igitur, convocata multitudine, constituerunt duodecim ex proceribus Consules sive Scabinos, qui, una cum Judice ab Episcopo constituto, multitudinis agerent causas atque judicia decernerent, adsignato sigillo certo, cui insculpta erat turris cum S. Michaeli, cuius exemplar in Arca nostra habetur, ad literas Scabinales appensum.

Hi autem fuerunt Scabini circa tempus fundationis domus nostrae similiter et Judex (ut patet ex litera sequenti.) Nos Johannes Seijnonis Judex, Wolbertus frater ejusdem, Wolterus de Langenholte, Borchardus dictus Bussekin, Gerardus dictus Tolnere, Hillebrandus de Dale, Johannes de Tyvere, Wilhelmus Schriuer, Henricus Vrulinck, Wolterus de Velde, Johannes Ludekini, Hermannus de Haersolte, et Bernardus de Yrte, Scabini Oppidi Swollensis, cuius conclusio habetur in praecedenti latere.

*Quando et quae Bona nostris ante Reformationem
provenerint.*

Anno Dni MCCCCXIII. Frater Egbertus Provisor domus Regularium in Zwollis emit medietatem domus atque areae

sitarum ante et retro extra portam Diese, juxta domum Johannis Godfridi, atque omnem haereditatem, quae venditione per mortem sui Patris provenire poterit.

Anno MCCCCXVI. Prior et Conventus emerunt dimidiam urnam butijri annue ex haereditate sita ten Weerde.

Anno eodem Conventus aliquot agros emit op de Luer coram Johanne Seijnonis Judice in Zwollis et Scabinis.

Anno MCCCCXVIII. Conventus emit domum Zuitlo dictam, pro qua solvit Marcas centum viginti et unam.

Anno XIX. Conventus emit medictatem granarii et areae jacentum retro domum suam ultro aquam pro XII libris parvorum denariorum, X denariis pro grosso computatis.

Anno XXI. Conventus emit bona in Hammis, dicta Daerlevoorde, coram Johanne Seynonis et Scabinis duobus.

Anno XXIII emit Conventus Decimam in Middele, coram D. Gerardo Praeposito Daventriensi, a quo dependebat.

Anno XXXII emit Conventus quartam partem prati siti in Derlo, pro certa summa pecuniae soluta.

Anno eodem emit Conventus XII solidos parvorum denariorum legalium pro octo Libris ejusdem monetae.

Anno XXXIX resignata fuit Conventui Heren bryns waerschap, sita in marcka Zwollensi.

Anno eodem donatio facta est decem librarum parvorum denariorum legalium annuatim ex bonis in Marcka de Zuthem per illos de Zuthem.

Anno XXXVI emit Conventus bona nostra in Zalne pro nonaginta & penninge, etc.

Anno XLII. Conventus recepit donationem ex Testamento Gijsela Voets, Sororis Prioris huius domus Johannis Smedeken, scilicet XII libras, et duos solidos mengelinum vini. Item dimidium Slach annue in Holtenbroeck.

Anno eodem Conventus emit sex jugera in Lyrebroeck et decem jugera in Wengeler marcke.

Anno XLVI emit Conventus decem libras parvae pecuniae ex bonis Tolme annue solvendis.

Anno XLVII emit Conventus ij et dim. Hoeve lands
1 veerdendeel in Lijrebroeck.

Anno XLVIII reeepit Conventus donationem XV jugerum
in Lijrebroeck a Dno terrae. Vide Literas Registri.

Anno eodem donata fuit Conventui donatio X librarum
per Adolphum de Zuthem parvorum denariorum, et hoc
annuatim ex Warandia sua in marcka Zwollensi sita.

Anno XLIV emit Conventus XII jugera in Langeslach
et quatuor jugera in Herfster Marcka.

Anno L donata fuit Conventui annue ac perpetue una
libra civitatis ex area Hermanni Grimme prope coemeterium.

Anno eodem donata fuit Conventui nostro in Hasselt ex
testamento una libra annue. Item in promptis pecuniis
XVI £ , X £ et XIII £ cleijne.

Anno eodem donavit Wilhelmus de Bleke Priori et Con-
ventui trecentas £ optimae pecuniae ad emendum redditus
annuos pro una Missa quotidie facienda.

Anno eodem donata fuit una libra Conventui extra por-
tam Diese ab Henrico Vrijlinck.

Anno eodem datae sunt Conventui duae librae annue toe
Diese pro perpetua memoria quorundam.

Anno eodem donata fuit Conventui haereditas dicta
Storckescore cum uno agro et uno modio siliginis annue
sitis in parochia Ter Heijne.

Anno eodem donatae fuerunt Conventui XI £ annue. Et
ad Ecclesiae ampliationem octava pars cuiusdam fundi etc.

Anno LII. Adolphus de Zuthem miles donavit Conventui
unam Warandiam sita in marcka Zwollensi.

Anno eodem remissi et condonati sunt Conventui septem
grossi annue ex bonis nostris in Herckelo.

Anno eodem emit Conventus quartam partem areae sitac
in Hasselt.

Anno eodem donata fuit Conventui dimidia urna butyri
annue, id est een Half Emmer, ex pascua dicta dat Rot in
Parochia de Hasselt.

Anno LVI emit Conventus bona ten Twenhuijsen cum una Warandia in den Dam.

Anno LX dati sunt Conventui nostro decem solidi, id est decem Schellingen ex bonis Lamberti de Diese in Herckelo sitis.

Anno eodem Conventus emit dimidiam Warandiam in Parochia Dalvessen et in Marcka de Luessen. Et haec permutata est pro pecia terrae de Sonnenvoort toe Eykenkaten.

Anno LXIV. Lambertus van Diese donavit Conventui XVIII & pachtgeldes annue ex bonis suis Herckelo, ad altare fundatum a Wilhelmo Bleke. Hoc Altare modo dicitur Altare S. Annae et Reliquiarum.

Anno LXIV permutavit Conventus noster unam libram annue pro quodam horto op Leijerweert.

Anno LXVIII acquisivit Conventus unam libram pecuniae annue in testamentum ex pascua dicta Bladeloke.

Anno eodem acquisivit Conventus decem et octo grossos op Itterssemer Luere.

Anno eodem remissa fuit Conventui omnis jurisdictio, quam quidam sibi praetendebant de Linthove in Hammis.

Anno LXIX emit Conventus iiiij et dim modios siliginis, quiannue pendebant ex Eijkenenkaten.

Anno LXX facta fuit permutatio pascuarum quarundam in Zalne.

Anno LXXXI donata fuit Conventui jure Testamenti una pecia terrae, nostrae terrae circumsepta in Mastebroeck.

Anno LXXXIV donata fuit Conventui quaedam pascua dicta Grymmen-maet sita in Marcka Berckmede.

Anno eodem datus fuit Conventui in testamentum modius siliginis annue in Zalnborst.

Anno LXXXV emit Conventus tres partes unius Warandiae in Schelner Marcka.

Et emit quatuor jugera terrae in Mastebroeck, sex libras Domini. Vide literam ex magno Registro.

Anno LXXXVI permutavit Conventus quinque & dominales ex domo Johannis Eschinck in Zalne.

Anno LXXXIV emit Prior et Conventus viam, quae sita est ante XL jugera nostra in Mastebroeck in Zalner Slach.

Anno eodem fecit Prior et Conventus permutationem quandam peciarum terrae in marcka Zwollensi.

Anno 1390 recepit Conventus in testamentum XXII florenos in propinam pro fratribus annue.

Anno eodem facta fuit Priori et Conventui resignatio praedii nostri in Hammis, toe Linde Koldenhoeve, et de domo Huijsmanni.

Anno 1391 emit Conventus cum Priore XII jugera landes in Mastebroeck in Herster Slach a Theodorico Gruter.

De lite cum Curato habita super Oblationibus et Sepulturis.

Mortuo Guidone, Trajectensi Episcopo, qui Monasterium istud omniaque ejusdem bona sub sua acceperat protectione: continuo Curati Matricis Ecclesiae unus post alium impetitionem fecerunt atque lites ceperunt super Oblationibus atque Sepulturis, sub praetextu canonicae portionis. Quapropter Prior et Conventus consuluerunt Jurisperitum quendam, qui in hac causa Conventus esset Syndicus: qui Curato hoc modo respondit.

Bernardus, quondam Decanus Ecclesiae Daventriensis, in allodio, quod habuit in Villa de Zwollis, de licentia Rdi Patris ac Dni D. Guidonis, felicis recordationis quondam Episcopi Trajectensis, nec non consensu Praepositi, Decani et Capituli ejusdem Ecclesiae Daventriensis, Oratorium fundavit Collegiumque Canonicorum Regularium instituit et ipsum Collegium competenter dotavit.

Idemque Episcopus Priori et Fratribus ibidem liberam concessit sepulturam, sepeliendi ibidem Fratres et Sorores Ordinis eorum, ac familiam eorum domesticam, qui ibidem

diem clauerunt extremam, ac alios, qui ibidem eligerunt sepeliri. Salvo tamen Ecclesiis Parochialibus jure suo, de quibus sepeliendis assumitur ac legatorum ac mortuariorum canonica portio.

Occasione quorum nonnulli Curati dictae Ecclesiae Parochialis de Zwollis dicere voluerunt et adhuc volunt: quod Oblationes, quae in ipso Monasterio, sive Oratorio eorum offeruntur, cedere debeant Presbytero Ecclesiae Parochialis et non Priori et Fratribus ante dictis, cum receptio Oblationum inter jura Parochialia computetur, quia sunt decimae personales, quae debentur Ecclesiis, in quibus Parochiani audiunt divina et recipiunt Ecclesiastica Sacra menta. Ut ex. de Paroch. c. ultimo (1), et de Decimis c. ad Apostolicae sedis (2). Responsio Syndici.

Haec super allegata generaliter non sunt vera, quia Oblatio est nomen generale. Ut ex. de ver. sig. c. causa carpen. plebis (3) et c. cum inter vos (4). Et tres species continet sub se. Nam quaedam Oblatio seu donatio est in vita. Et de hac Curatus nihil potest sibi vendicare. Ut ex de statu Monachorum c. 1 (5). Alia est in morte, cum sepelitur: et de hac Curatus recipit portionem. Ut ex. de sepul. c. de his (6) et c. cum super (7). Et haec portio est quarta pars Oblationum. Ut in dicto c. cum super et c. in nostra (8). Nisi de consuetudine loci aliud habeatur. Ut in c. certificari e. ti (9).

Sed quid de Oblationibus, quae quotidie offeruntur in praedicto Monasterio ipsis Canonis divina celebrantibus? Respondeatur: quod cedent ipsis Canonis. Ut ex de excess. Praela. c. nimis iniqua § Eos (10). Etiam quia Oblatio est gratuita et Ecclesiae Parochiali non debita. Sed nunquid

(1) *Decretal Gregorii. Lib. III. tit. 29. cap. 5.* (2) *Libr. III. 30. 20.*

(3) *Libr. V. 40. 13.* (4) *Libr. V. 40. 29.* (5) *Libr. III. 35. 1.*

(6) *Libr. III. 28. 4.* (7) *Libr. III. 28. 8.* (8) *Libr. III. 28. 10.*

(9) *Libr. III. 28. 9.* (10) *Libr. V. 31. 16.*

aliquae oblationes sunt debitae Ecclesiae Parochiali? Dicit *Hosti.* in dicto c. *Nimis quod sic.* Quod verum est ratione consuetudinis vel paupertatis. Nam si Sacerdos adeo esset pauper, quod de bonis Ecclesiae sustentari non posset, vel si consuetudo haberet, quod in aliquibus festivitatibus Parochiani offerre consueverunt, talis consuetudo laudabilis et observanda, *ex. de sim. c. ad Apostolicam audientiam* (1). Et idem videtur sentire *Inno.* in c. *de Parochiis in Rubrica.* Igitur concludo, quod omnes Oblationes, quae offeruntur in Monasterio praedictorum Canonicorum, dummodo solvant portionem de his, quae eis obveniunt causa sepulturae, cedent ipsis Canonicis. Et sic concessio seu donatio, eis a Guidone praedicto facta, juri communi concordat. Et propter hoc temporibus perpetuis est observanda.

Quanto tempore hujusmodi lites duraverint.

Sed dum Prior et Conventus in dies in temporalibus proficerent, eo amplius Curati magis inardescabant adversus nos, qui se privilegiis ac jure defendebant. Erat autem controversia haec, lite pendente, usque ad annum trigesimum nonum, dum Prior noster Johannes Smedeken, cum Curato D. Hesselo Heijinck (qui et Canonicus Trajecti ad S. Joannem erat) finem huius litis faceret. Vnde hinc inde multae literae, multa instrumenta per Notarios facta in libro Registrorum continentur.

De Concordiae qualitate cum Pastore.

Venerabilis Pater Johannes Smedeken, quintus Prior hujus domus, volens huic controversiae ac liti imponere finem, de voluntate Conventus sui, sumpto secum fratre Bartholdo de

(1) *Decretal. Gregorii. Libr. V. 3. 42.*

Zalne Concanonico, fecit compositionem cum Pastore supradicto et conventionem pro se et suis successoribus. Cujus summa haec est. Supradictus Ecclesiae Swollanae Vicecuretus concedit Priori et successoribus ejus, Conventuique de Belheem ex inde et in totum tempus irrefragabiliter omnes Oblationes, Obventiones, Donaria, Testamenta, Funeralia, vel quovis nomine nominentur. Insuper et sepulturas omnium volentium illic sepeliri (dummodo exequiae eorum in matrice Ecclesiae non negligantur) quae canonica portio in jure nominatur. Remisitque pro se et Ecclesia sua Priori et Conventui Belheem omnem impetionem, imo omne jus suum, quod in praedictum Conventum habuit, vel quomo dolibet habere potuit, atque, fide sufficienti practita, inviolabiliter observare promisit.

Hanc concessionem et unionem ipse D. Hesselus Pastor suo sigillo roboravit. Deinde Episcopus D. Johannes de Arckel, item Urbanus Papa, item Bonifacius Papa, item Capitulum Daventriense, insuper et Consulatus Zwollensis; demum Legatus Cardinalis Nicolaus Cusa.

De Dno Reijnero successore Dni Hesseli etc.

Dnus Hesselus praedictus successorem habuit Ecclesiae Zwollensis, qui dictam unionem servare renuit. Vnde Conventus supplicationem, similiter et querelam exposuit summo Pontifici, qui continuo scripsit Abbati in Middelburch.

» Bonifacius servus servorum Dei Dilecto filio Abbati Monasterii Middelburgensis, Trajectensis Dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Prior et Conventus Monasterii in Zwollis, per Priorem soliti gubernari, Ordinis S. Augustini, Trajectensis Dioecesis, petitione monstrarunt, quod, cum olim inter ipsos ex parte una, et quendam Hesselum dictum Heyinck, Rectorem Parochialis Ecclesiae in Zwollis, dictae Dioecesis, super jure funeralium corporum parochianorum dictae Ecclesiae decedentium quo-

rumlibet, apud dictum Monasterium sepeliri eligentium, ac nonnullis inde expressis Oblationibus ex altera, suisset orta materia quaestionis, tandem, mediante Venerabilis Fratris nostri Episcopi Trajectensis consensu super his, amicabilis inter eos compositio intervenerit, prout in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri.

Verum quia Reynerus, Rector dictae Ecclesiae, praefati Hesseli successor, compositionem eandem renuit contra justitiam observare, Discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, dictum Reynerum ad observationem compositionis ipsius, sicut rite et sine pravitate est facta, et ab utraque parte sponte recepta, monitione praemissa, per censuram Ecclesiasticam praevia ratione compellas. Datum Romae apud S. Petrum nonis Julii Pontificatus nostri anno primo.

Consulatus inter hunc et nos pacem egit. » Nos Scabini et Consulatus concordavimus Dnos Priorem et Conventum nostrae civitatis Canonorum Regularium in Belheem, de omni impenitentia aut actione, quam Dns Reynerus Vicecuratus noster praetendit super Oblationibus etc. In hoc quod Prior et Conventus solvet dicto Dno Reynero Curato singulis annis pro Oblationibus et caeteris iij & dominales annue in Festo Martini Episcopi, salvo jure Matricis Ecclesiae, jure Dnorum de Belheem semper salvo. Datum sub sigillis Consulatus, Dni Reyneri et Conventus. Anno Dni 1387, pridie Decollationis Joannis Baptiste.”

Ab illo ergo tempore usque in praesens a nullo Curato passi sumus molestiam sive impenitentiam super Oblationibus, Donariis, Exequiis, Anniversariis, seu etiam Sepulturis. Quia contenti sunt canonica portione, quam pro illa annue damus Curatis pro tempore, scilicet tres libras dominales in diebus Paschalibus, quando afferimus ab eo sacrum Oleum.

tium,
uisset
abilis
ami-
nento
aefati
jus-
cripta
bser-
vitate
tione
om-
ni-
bini
tum
de
ce-
roe
alo
les
2-
ib
ii

*Quomodo ad Electionem Praepositi Prior et Conventus
vocari solent.*

Capitulum Monasterii Bethleemense, Trajectensis dioecesis, Praepositura vacante, dilecto nobis Henrico Mininc, nostro Concanonico, salutem in Dno sempiternam. Cum, necessitate ingruente, nobis et dicto Monasterio nostro necesse sit, ut in personam idoneam concordemus, quae ad Praepositurae regimen suscipiatur expedire, quod sine generali Capitulo et Convocatione Fratrum nostrorum Capitularium et aliorum, quorum interest, fieri non deceret. Praefixo igitur pro expeditione praemissorum Capitulo, videlicet crastino Dominicæ Laetare, vobis indulgemus per praesentes, quatenus Fratribus in Zwolla, et aliis nostris Concanonicis ac Fratribus, nomine nostro dictum diem capitularem ad expeditionem praemissorum fore praefixam notificetur, citantes eosdem et eorum quemlibet peremptorie ad eandem diem. Ut omnes qui velint hujusmodi interesse electioni, dicta die capitulari hora prima compareant in Capitulo nostro Bethleemensi: hoc quod super praemissis postulat ordo juris et visum fuerit expedire completuri cum intimatione. Quod sive venerit sive non: Nos tamen quid expedit faciemus. Et quia ad praesens sigillo nostro consueto caremus propter manifestas rationes, utimur sigillo venerabilis viri D. Reyneri Presbyteri Ecclesiae nostrae in Dottinchem, quod ad preces nostras praesentibus est appensum, in robur et evidentiam praemissorum. Et ego Reynerus, Plebanus Ecclesiae in Dottinchem, recognosco, sigillum Plebanatus mei praedicti ad preces honorabilium virorum Capituli Monasterii Bethleemensis praedictorum praesentibus appendisse et est appensum. Anno Dni MCCCCXXXII in vigilia Annunciationis Mariae.

Praetensio Praepositi in Contrarium.

Nos Johannes Colve, Dei gratia Praepositus Monasterii

Bethleemensis, notum facimus per praesentes, quod, postquam electi fuimus in Praepositum Monasterii praedicti, venimus Zwollam et requisivimus a Priore et Conventu Zwollensi, ut facerent nobis obedientiam, sicut exigente jure tenerentur. Qui responderunt, quod, postquam non vocati in electionem nostram, qua in Praepositum fuimus electi, ipsi nollent nobis obedire nec electioni nostrae consentire. Nos diximus, quod ipsi nec jure nec consuetudine deberent vocari, nec interesse electioni praedictae.

Tandem ista altercatio erat inter nos deposita ac sopita, ita quod Prior et Conventus Zwollensis consensum uniformem adhibuerunt electioni nostrae, facientes nobis, sicut de jure tenebantur, obedientiam. Nos vero ex parte una, ipse Prior ac Conventus praedictus ex parte altera, fuimus concordati, ita quod deberemus mittere aliquos ex nostris Trajectum ad Jurisperitos ad experiendam hujus rei veritatem, quid juris esset. Quod ita factum est. Adierunt itaque venerabilem virum Dnum ac Magistrum D. Petrum de Lewenborch, Decanum Ecclesiae B. Mariae Traiectensis, ut certitudinem huius casus, et quid ipsius esset juris eis exprimere dignaretur. Ipse vero venerandus Doctor praedictus respondit: quod ipse solus de finali definitione casus praedicti nolle se intronittere. Sed dixit simpliciter, quod sibi videretur, quod nos, postquam haberemus eos corrigeret, et ipsi tenerentur obedire nobis. Et quod ipsi merito essent in electione vocandi Praepositi, scilicet Monasterii nostri praedicti. In cuius rei testimonium sigillum nostrae Praepositurae praesentibus duximus appendendum. Datum anno Dni MCCCLXVII ipso die B. Aegidii Confessoris.

Ex hoc itaque tempore usque ad annum nonagesimum primum haec consuetudo utrimque servata fuit (ut prius) ut scilicet vocati ad electionem Praepositi, post eius confirmationem cum eodem reversi, eidem praestarent obedientiam, ille vero in continentis visitaret Conventum istum, cuncta rite ad normam regularem, quantum potuit, instituit.

Iste ergo Praepositus super memoratus statim post praestitam obedientiam visitavit Domum istam. Vbi inter caetera ordinavit, ut structuram ampliarent maxime ante Oratorium, quod admodum parvum festis diebus concursum populi minime capiebat. Maxime cum Dns ipsis in dies benediceret in Donariis, et Possessiones illis accrescerent. Et idcirco non esse rationi consonum, ut eorum quinque vel sex soli omnia consumerent.

Consuluit, imo voluit, ut, crescente temporali substantia, cresceret similiter et religiosa familia, et idcirco personas plures et idoneas religioni competentes inquirerent et acceptarent, ut ad minus decém Fratres habentes debitum Conventum efficerent. Dicebatque haec se in mandatis habere Dni Reverendissimi Dni Frederici Trajectensis Episcopi, ut suo loco dicemus.

Quod Zwollense Oppidum fuit exustum.

Anno Dni MCCCXXIII, anno videlicet sexto decimo post fundationem Domus nostrae, incendio periit Zwolla inopinato, in tantum ut vix novem domus incombustae remanserint. Perit etiam non minima pars structurae praeter Oratorium nostrum: eo quod illo tempore totum Oppidum Zwollense erat levis tecturae, hoc est arundinibus atque stramine tectum.

Ferebatur hoc incendium a castrenibus ex castro Voorst perpetratum. Dolebant enim, omnia vicina villagia congregata eorum manibus ac rapinis effugisse. Et haec est prima et principalis causa ruinae ac destructionis castri praefati, quae accidit A° Dni M.CCCLXII, ut suo loco dicemus. Fuit autem hoc incendium nocte Margaritae Virginis. Inde versus:

Post M. post tria C. post X. duo quatuor Ique
Nox Margar. tollis igne tu concite Zwollis.

Anno Dni M.CCC.XXX in nocte Gregorii Papae irruperunt Castrenses de Rechteren et de Voorst, incenderunt Ommen.

Post M. post tria C. ter et X. nox Gregorique
Ommen ab his castris Voorst, Rechteren flammat in astris.

De subversione Castri in Voorst,

Cum igitur insolentia, caedes atque rapina, similiter et incendia castrensum de Voorst indies magis ac magis invalescerent, nec Dni Episcopi admonitiones curarent, sed magis irridentes hunc quoque subsannarent, ipse Reverendissimus Dns Johannes de Arckel, Trajectensis Dns et Episcopus, ad illorum refraenandam audaciam venit Zwollam 1562, feria quinta post Festum Jacobi, cum potestate magna Baronum ac Militum, Peditum scil. et Equitum cum civibus Zwollanis: obseditque confestim Castrum de Voorst.

Erat autem Voorst Castrum adeo validum, imo ex omni parte munitissimum prae omnibus Castris hujus Patriae, scil. Inferioris Germaniae. Fossata siquidem habebat duplia et haec lata atque profunda. Muris ex fundamentis utrimque altissimis; murus autem interior et principalis ipsius Castri habebat in altitudine pedes octoginta, in latitudine duodecim: habuit insuper et antemurale et fortalitium inexpugnabile. Cumque Dns cum suis bombardis atque tormentis nihil proficeret, illi autem sermones nefandos jactarent, voluit eos foetoribus lacessere, quos fortitudine superare nequibat. Fecit igitur fabricari quatuor machinas ingentes ligneas volubiles in Zwollis, loco qui ex effectu nomen sumpsit: *de blijmerckt*. Paratis instrumentis et machinis fecit illas equis attrabi usque ad fossata in quatuor locis; impletis quoque cadaveribus ac stercoribus humanis longe illa jactabantur ultra fossata et trans murum, in tantum ut dies intra paucos muri quodammodo aequarentur stercoribus.

Fuit ergo illic tantus foetor, quod omnes fere infirmarentur foetoribus, qui quotidie novis cadaveribus et humanis stercoribus supervenientibus augebantur. Cumque nullum succursum sperarent, necessitate coacti, se suaque dedentes ipsum Castrum Dno Episcopo tradiderunt, qui, accitis universae regionis hujus Buronibus, ipsum Castrum diruit ac solo adaequavit. At lapides dono dedit Zwollanis civibus, qui, allatis iis, ad Ecclesiac turrim consummandam usi sunt. Quanto autem tempore haec obsidio duravit sequentes indicant versiculi.

(Qui uti et alia plura hic desuerunt. Et sequentur haec.)

. . . Necessum sit coepta omittere. Cui Decanus: circumstantias, inquit, edisse necessarias. Nulla siquidem erit in exequendo difficultas. Duo, inquit Praepositus, sunt nobis necessaria ad foelicem hujus rei exitum consequendum, spirituale unum, temporale aliud. Spirituale, hoc est spirituales viri, qui Dno Deo loco die noctuque deseruant; temporale vero est temporale subsidium, quo praedicti Dno servientes vegetentur et subsistere valeant. Tunc Decanus serena fronte. Heus, inquit, Dne Praeposite, qui dedit consilium ferat auxilium. Tuum erit, huic loco providere fratres probatos omni disciplina. Nostrum erit iisdem providere de victualibus caeterisque necessariis. Assignabo enim eis tum de redditibus ex meo Patrimonio et agris ac praediis comparandis, quantum eis pro tuo arbitrio sufficere poterit. Et, ut diutius te non differam, banc quoque domum, quam inhabito in Oppido Zwollensi, cum omnibus Attinentiis, Utensilibus, Ornamentis, Libris, Pecoribus et omnibus Bonis meis mobilibus et inmobilibus constitutis, tibi Dno Praeposito et Conventui tuo legabo juridice. Sed et meipsum ex tunc et in totum tempus vitae meae huic novellae Congregationi applicabo per sacri Habitus assump-

tionem. Sic adjuvet me Deus, siquidem ob hoc ipsum jam pridem cessi Decanatu. Tunc exhilaratus Praepositus exosculansque manum eius ait: dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in saeculum saeculi. Sic scriptum habemus de S. Patrono nostro Laurentio, quem tu Dne Magister pro viribus imitari disponis. Quia igitur hic saepe dictus Minister Christi etiam patronus nostrae Ecclesiae et nostri Collegii est: consensum eorum, quae a nobis tua exigit dominatio, negare non possumus imo nec debemus. Verbis igitur B. Laurentii (ut utar) si dictis facta compensas, faciam quid hortaris in Dei nomine. Hoc dicto submisit Dns Decanus ex tunc et in posterum Monasterium hoc cum Ecclesia sua Dno Praeposito et suo Conventui Bethleemense prope Dottinchem, ut constituat ad minus quatuor Fratres sui Ordinis Canonicos, qui in dicta domo Dno deserviant. Ita duntaxat, quod omnia bona antedicti loci habita et habenda eidem loco remaneant. Nec Praepositus nec Prior Bethleemensis nec Conventus ille ab inde ad suam Ecclesiam transferre possint ullo, inquam, tempore. Et quod Prior in dicto loco de consensu Conventus ejusdem, dum instituendus fuerit, per Praepositum Ecclesiae institueretur. Sed et visitationem et correctionem similiter et Prioris destructionem praefatus Dns Praepositus in antedicto loco haberet. Postquam haec vir Deo dignus Dns Decanus perorasset latius, Praepositus haec quoque intulit: gratum supra modum habeo ea, quae dicuntur abs te Dno meo: sed hoc solum reliqui est, ut videlicet bona astipulatione fulciantur principali. Et necdum illa, verum et fundatio ipsa privilegiis roboretur. Tunc Dns Decanus promisit in brevi astipulationem Episcopalem affutaram, consensum quoque Archidiaconi Zallandiae, qui est Praepositus Daventriensis, consensum equidem Capituli ejusdem. Accersito quoque viro idoneo misit hunc Romam ad impestrandam Fundationis hujus confirmationem scilicet, et obtinendam Privilegiorum quorundam donationem. Sed et

bonorum habitorum ac habendorum Sedis Apostolicae protectionem. Quae quidem omnia tribus Bullis Apostolicis concessa sunt, non eodem anno vel sequenti, sed tertio vel quarto; forsan Nuncius vel diem obiit vel ad Audientiam tanto tempore admissus minime fuit, eo quod ipsa cum suis, Roma relicta, Italiam se contulerit, Viennae scilicet et Avenioni, prout ex ipsis Bullis proxime scribendis liquide patebit. Hoc pro certo tenendum, ipsas Bullas post mortem Dni Decani venisse ad hunc locum: iis itaque ratificatis et promissis Dns Praepositus commissionem, ut praefertur, acceptavit et hoc Monasterium nomine sui Monasterii insignivit, Bethleëm scilicet nominans, quo nomine usque in hodiernum diem appellatur, qui est Annus Dni millesimus quingentesimus vigesimus: dum haec ego Frater Gerardus Coccius de voluntate venerabilis Prioris nostri Patris Joannis Aldenzeel, qui in investiture et professione consoci fuimus, collegi. Hoc igitur modo praefatus Dns Praepositus hanc Domum suae Ecclesiae et Monasterio incorporavit modo et forma supradictis.

*De Licentia Episcopi Trajectensis data Dno Bernardo
Decano fundandi Monasterium praedictum.*

Vir Dns Decanus superdictus, adhortante eum Dno Praeposito, morae inpatiens statim suis expensis accersiri fecit Officiale Curiae Trajectensis ex parte Dni Episcopi. Vocatione Scabinis Oppidi Zwollensis, et Dno Frederico Praeposito Bethleëmensi, una cum duobus Concanonicis suis, fecit Testamentum suum infrascriptum. Exhibitique Officiali Licentiam Archidiaconi et Capituli Daventriensis. Quae omnia postmodum Anno Dni 1330 per Officiale Trajectensem, una cum Licentia Episcopi, in uno instrumento, quod vidimus dicitur, comprehendit modo quo sequitur.

Litera officialis Trajectensis. Universis praesentia visuris: Nos Officialis Curiae Trajectensis facimus manifestum, quod

nos quasdam literas, unam videlicet Venerab. Rdi in Christo Patris ac Dni Dni Guidonis, olim Episcopi Trajectensis, alteram vero Honorab. viri Dni Henderici Praepositi et Archidiaconi, et tertiam Capitularis Ecclesiae Daventriensis, Trajectensis dioecesis, sigillis prout prima facie apparebat sigillatas, non raras, non cancellatas, non abolitas, neque in aliqua ipsarum parte vitiatas, scilicet omni prorsus suspicione carentes, vidimus et legimus tenores, qui sequuntur continentes.

Tenor primae literae talis est.

Litera Dni Episcopi Trajectensis. In nomine Dni Amen. Universis Christi fidelibus, ad quos praesentes literae pervenerint: Guido Dei gratia Episcopus Trajectensis, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quia ob honorem Dei et cultum sui Nominis gloriosi, meminimus, nos concessisse Licentiam quandam Dno Bernardo, Decano Ecclesiae Daventriensis, fundandi Oratorium in allodio suo sito in Oppido Zwollensi, ac instituendi ibidem Collegium Canonicorum Regularium, dictusque quandam Decanus, hac fretus nostra licentia, ibidem Oratorium fundaverit, Collegiumque Canonicorum Regularium ibidem instituerit, dictumque locum et Collegium competenter dotaverit, prout in literis super hoc confessis, plenius continetur. Quarum tenor de verbo ad verbum talis est.

Testamentum et Resignatio omnium bonorum fundationis nostrae. In nomine Dni Amen. Ego Bernardus de Vullenho (1) Canonicus Ecclesiae Daventriensis, compos mentis licet languens corpore, Domum et structuram in Zwollis, cui inbabito, cum omnibus areis eidem adjacentibus, una cum Domo et bonis sitis in Herckelo, quae emi erga Gerlacum

(1) *de Vullenho*, in het oorspronkelijk stuk.

de Herckelo. Item cum bonis in Middelwijck (1), quae emi erga Hermannum fratrem meum. Item cum bonis emptis erga Wychmannum filium Ysgheri. Item cum bonis emptis erga Arnoldum Ram et fratres suos. Item cum dimidietate prati empti (2) erga Engelbertum de Daventria. Item cum prato empto erga dictum Engelbertum et Petrum generum Lamberti, cum omnibus juribus et pertinentiis (3) dictorum bonorum. Cum Libris, Ornamentis, tribus Calicibus. Cum brasio, silagine, carnibus et omnibus utensilibus in dicta domo existentibus. Ego (4) et dono ex nunc ad cultum divinum in praedicta domo perpetuo habendum. Et locum ipsum cum omnibus suis attinentiis subjicio Ecclesiae Bethleemensi Ordinis Regularium: et transero in eandem tali conditione, quod Praepositus et Conventus dictae Ecclesiae perpetuo teneantur et habere debeant quatuor Fratres (ad minus) sui Ordinis Presbyteros, qui in dicta domo continue resideant et Deo inibi deserviant in divinis officiis exequendis. Ita quod omnia bona antedicti loci habita et habenda eidem loco remaneant. Ita quod Praepositus et Conventus Ecclesiae Bethleemensis abinde ad Ecclesiam suam transferre non possint. Et quod Prior in dicto loco de consensu Conventus ejusdem, dum ibidem instituendus fuerit, per Praepositum Ecclesiae Bethleemensis instituatur. Et visitationem et correctionem in loco habeat (5) Praepositus memoratus.

Caeterum antedicto loco lego ducentas libras convertendas per manufideles meos in emptione Praediorum. Item lego eidem omnia Pecora mea, scilicet: Boves, Vaccas, Porcos et omnes Equos meos. Et hoc omnibus, quorum interesse poterit, sub sigillo meo, quo usus fui, dum Decanatui praefui Daventriensis Ecclesiae. Et sub sigillis Officialitatis Curiae Trajectensis et Oppidi Zwollensis, quae ad preces meas sunt appensa praesentibus. Duxi publice intimandum.

(1) Middelwiic. (2) empta. (3) attinentiis. (4) Lego. (5) antedicto.

Scabini Zwollenses. Et nos Officialis Curiae Trajectensis et Scabini Zwollenenses predictis ordinationi et legationi praesentes interfuiimus, una cum Dno Frederico Praeposito Ecclesiae Bethleemensis, Ludolpho de Brincko et Egberto de Wesenberge (1) suis Concanonicis ibidem praesentibus et dictam ordinationem acceptantibus nomine suo et Conventus sui, sigilla nostra ad preces predictorum D. Bernardi, Praepositi Ecclesiae Bethleemensis et suorum Concanonicorum, praesentibus literis duximus apponenda in testimonium praemissorum. Datum et actum Zwollis in antedicta domo Anno Dni MCCC° nono. In die Ascensionis Dni nostri.

Confirmatio fundationis ab Episcopo Traiectensi post mortem fundatoris anno secundo. Nos fundationem dicti Oratorii, institutionem Collegii ibidem factam, et dotationem loci ipsius secundum ordinationem antedicti Dni quondam D. Decani superius expressam, gratas et ratas habentes, eas auctoritate ordinaria in Dei nomine confirmamus, decernentes locum ipsum (2) cum personis ibidem divino cultui sub regulari Ordine mancipatis et omnibus bonis suis habitis et habendis sub protectione sedis nostrarae Traiectensis et nostra speciali suscipimus. Concedentes Priori et Fratribus ibidem, ut in loco predicto liberam habeant sepulturam, sepeliendi ibidem Fratres et Sorores sui ordinis ac suam familiam domesticam, qui ibidem diem clauerint extremam, ac alios, qui ibidem elegerint sepeliri: salvo tamen Ecclesiis Parochialibus, de quibus ibidem sepeliendi, assumendi (3) jure suo (4) et Mortuariorum canonica portione.

Statuentes ut idem locus perpetuo subsit Ecclesiae Bethleemensi, ita quod Praepositus Ecclesiae Bethleemensis ibidem habeat visitationem, inquisitionem et correctionem, et ibidem

(1) Weselsberge. (2) ecclesiastica emunitate et libertate gaudere, et quia loci ipsius incrementum, divina favente gratia pio desideramus effectu, locum ipsum (3) assumentur. (4) ac legatorum et mortuariorum.

Priorem possit perficere, qui praesit loco et Collegio memorato, qui ibidem sibi confitentes possit absolvere de peccatis sibi confessis, ac poenitentias injungere salutares, sicut Praepositus Ecclesiae Bethleemensis utitur et hactenus usus est in Collegio Ecclesiae Bethleemensis. Ac Priorem constitutum revocare et alium instituere quandocunque et quotiescunque secundum Deum et conscientiam suam sibi visum fuerit expedire. In cuius rei perpetuum testimonium et munimen sigillum nostrum praesentibus literis duximus apponendum. Datum Daventriae Anno Dni MCCCCXI in Octava Epiphaniae Dni.

Tenor secundae litterae talis est.

Nos Henricus, Dei gratia Praepositus et Archidiaconus Ecclesiae Daventriensis, universis praesentia visuris et audituris notum facimus in his scriptis, quod nos Licentiae, quam R^{ds} Pater et Dominus noster D. Guido, Dei gratia Episcopus Trajectensis, concessit venerabili viro D. Bernardo, Decano Ecclesiae nostrae, construendi Oratorium in proprio allodio suo in Oppido Zwollensi, et omnibus contentis in Literis concessionis praefati Dni nostri Episcopi super hoc confessis, nostrum adhibuimus consensum, et praesentibus tanquam Archidiaconus dictae Zwollensis Ecclesiae per praesentes sigillo nostro sigillatas. Datum Anno Dni MCCC octavo in die Laurentii Martijris.

Litera 3^{ta} Consensus Cap. Daventr. Nos Capitulum ecclesiae Daventriensis universis praesentia visuris et audituris notum facimus in his scriptis, quod nos Licentiae, quam Dns noster D. Guido, Dei gratia Episcopus Trajectensis, concessit venerabili viro D. Bernardo, Decano Ecclesiae nostrae, construendi in proprio allodio suo in Oppido Zwollensi Oratorium, et omnibus contentis in literis concessionis praefati Dni nostri Episcopi super hoc confessis, nostrum adhibuimus consensum et consentimus tanquam Patroni dictae

Zwollensis ecclesiae per praesentes, sigillo nostrae ecclesiae sigillatas. Datum Anno Dni MCCCVIII in die S. Laurentii Martijris.

*De morte Fundatoris et primi Canonici hoc loco
investiti et professi.*

Interea dum haec agerentur vir D. Bernardus fundator noster, anxius et sollicitus ut cuncta rite ad Dei honorem fierent, coepit quotidie viribus corporis destitui. Vocato igitur Dno Frederico Praeposito Bethleemensi, ait illi: Pater mi et Dne, ecce cogitavi ut aedificarem domum et ad aedificandum in paupertaticula mea omnes impensas praeparavi. Sed et ipsam cum Dei adjutorio consumatam et consecratam laetus aspicio. Super haec hilarescit animus meus, videns adesse Fratres tuos Canonicos, qui in eadem Domino Deo deser- viant. Enixius igitur deprecor tuam dominationem, ut me quoque horum consortio participem efficias, sacrum Religio- nis habitum mihi tribuens. Est quippe hoc mihi in desiderio a multis retroactis annis, insuper et ex voto. Et licet sim corpore languens, sum nihilominus compos mentis. Tunc Praepositus, assumptis primis illis Fratribus, venit ad locum ubi vir Dns lecto decumbebat faciensque cuncta juxta mo- rem, induit eum habitu Novitiatus; inchoataque ibidem Missa, post Offertorium induit eum integro, subili scilicet et superpellicio cum almucio; fecit quoque vir Dns suam Professionem devotissime. Post eum Dns in dies magis ac magis coepit infirmari, unde Fratres timentes munierunt eum Ecclesiasticis Sacramentis. Tandem, adveniente termino, quem nullus evadere poterit, vir Dns Bernardus de Vollenho, quondam Decanus Daventriensis, hujus Monasterii B. Lau- rentii Martijris in Zwollis, diem obiit decimo 7timo Kalendas Junii, altero anno Fundationis, qui fuit annus Dni M.CCC nonus.

Sepelierunt quoque eum honorifice (ut decuit) summa

cum reverentia in Oratorio praedicto in eum locum, ubi nunc est Altare S. Annae et Reliquiarum, forte cum illo tempore fuit ibi summum Altare, quia Ecclesia tunc adhuc erat parva. Nam a Choro nostro usque ad plateam aedificavit P. Joannes Smedeken, quintus Prior, et Chorum aedificavit D. Joannes Wael, nonus Prior et Reformator hujus domus.

Confirmatio sedis Apostolicae Monasterii et omnium bonorum nostrorum: sed et Privilegia non minima.

Post felicem D. Decani nostri Fundatoris discessum anno tertio venerunt binae Bullae Apostolicae, continentis confirmationem personarum ac omnium bonorum Monasterii in Bethleem Zwollis, quarum tenorem hic subjecere ratum duxi ad oblationem.

Prima Bulla Papae. Clemens Episcopus servus servorum Dei dilectis Filiis Priori et Conventui Monasterii in Zwollis, per Priorem soliti gubernari, Ordinis S. Augustini, Traiectensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Dno Filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetur aut in futurum justis modis, praestante Dno, poteritis adipisci, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Domus, Terras, Possessiones et alia Bona vestra, sicut ea juste ac pacifice possidetur, vobis et Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus: nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare

praesumserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.
Datum XIII Kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno septimo.

Tenor Secundae Bullae sequitur, confirmans omnia bona tradita a Fundatore.

Secunda Bulla Papae. Clemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et Conventui Monasterii in Zwollis per Priorem soliti gubernari, Ordinis S. Augustini, Trajectensis dioecesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod quondam Bernardus de Vollenho, Decanus Ecclesiae Daventriensis, dictae Dioecesis, cupiens terrena pro caelestibus, transitoria pro aeternis felici commercio commutare, quaedam Nemora, Prata, Terras, Domos et nonnulla alia Bona, quae in Sallandia, Zwollis, Herkelo et Middelwijck, villis dictae dioecesis, dum viveret, obtinebat et tunc ad eum ratione personae suae spectantia Vobis et Monasterio vestro pro suo et parentum suorum animarum remedio pia et provida liberalitate donavit, prout in publico instrumento inde confecto plenius dicitur contineri. Nos igitur, vestris justis supplicationibus inclinati, quod super hoc pie et provide factum est gratum et ratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem Omnipotentis Dei et B. Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Viennae V Kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno septimo.

*Quod Canonici hujus domus licite possunt recipere
Haereditates qualescunque.*

Cumque fieret longa et, ut ita dicam, taediosa expectatio Bullarum jam super positarum, Venerabilis Praepositus una cum Conventu suo apposuerunt et secundum mittere Nuntium, qui obtingeret ab ipsa Sede Apostolica Privilegium legitimae successionis haereditariae. Cujus Privilegii Bullam reportavit in haec verba.

Clemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et Conventui per Priorem soliti gubernari, Ordinis S. Augustini, Trajectensis dioecesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Devotionis vestrae precibus inclinati, praesentium tenore vobis concedimus: ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, quae liberas personas Canonicorum vestrorum, ad Monasterium vestrum convolantium mundi reicta vanitate, et Professionem facientium, in eodem jure successionis vel alio justo titulo si remansisset in saeculo, contigissent, et quae ipsi existentes in saeculo potuisserent vobis libere erogare, valeatis petere, recipere et etiam retinere sine juris praejudicio alicui. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Avenioni 8 kal. Julii, Pontificatus nostri Anno octavo.

De primitiorum Fratrum nostrorum Investitionibus.

Post mortem itaque Fundatoris nostri Praepositus Bethleemensis, sicut de consensu sui Conventus piae memoriae Dno Fundatori promiserat, in continentि quatuor suae domus Fratres Sacerdotes hic adduxit, Dno Deo die noctuque servituros, qui et in Oratorio jam exstructo Sacra facerent, unde eis libros plures contulit pro divino officio, scilicet:

**Psalteria, Gradualia, Antiphonalia, aliosque ad Bibliothecam
sive lectionem Refectorii deservientes.**

Et ad plures annos non fiebant Novitiorum investiones: scilicet cum investiendi instaret tempus, mittebantur ad Monasterium Bethleemense, ubi et a Praeposito ejusdem loci investiebantur. Sicque reversi post elapsum annum Priori a Praeposito praefato ordinato Professionem faciebant. Duravitque ille modus per annos octoginta duos, dum D. Joannes Wael Anno Dni 1391 praeferetur huic domui Prior, de quo suo loco, quid egerit, dicemus.

Nomina Fratrum primitiorum ante reformationem. Qui autem fuerint primitivi Fratres, quos antedictus Praepositus de suo Conventu ad istum locum destinavit inchoandum, et qui ab eodem et suis successoribus in Bethleem prope Dottinchem successive investiti atque Piores ab eodem instituti sunt, subsequenter enarrabimus, adscriptis annis quibus decesserint et ubi sepulti fuerint.

- Henricus de Stockem primus Prior hujus domus, obiit Ao. 1320.
- Lubbertus Campis Presbyter professus, obiit Ao. 1327.
- Gerardus Engerinck Pbr. professus, obiit Ao. 1328.
- Johannes de Rore Prior hujus domus, obiit Ao. 1330.
- Hendericus de Arden Pbr. professus, obiit Ao. 1333.
- Joannes Smedeken, Prior domus hujus, obiit Ao. 1337.
- Bartholdus de Zalne Pbr. professus, obiit Ao. 1370.
- Hendericus Mastbroeck Pbr. professus, obiit eodem Ao.
- Hermanus Zelle Pbr. professus, obiit eodem Ao.
- Hendericus de Kreijenschate, Prior domus hujus, obiit eodem Ao.
- Theodoricus Wijtenhorst Prior, obiit Ao. 1380.
- Egbertus de Berghe Pbr. professus, obiit Ao. eodem.
- Nicolaus Peren Pbr. professus, obiit eodem Ao.
- Wilhelmus de Twickelo Pbr. professus, obiit Ao. 1382.
- Gerardus Gruter Diaconus professus, obiit Ao. 1386.
- Hendericus de Ommen, Prior hujus domus, obiit Ao. 1388.
- Lubbertus Gerwini Diaconus professus, obiit Ao. 1391.

Isti praescripti Fratres investiti fuerunt, ut supra dictum est, habitantes parvo muro longo tempore in Curta sive Curia de Vollenho,⁷ sic dicta eo quod esset allodium sive habitatio parentum Fundatoris, vocati Dns Bernardus Vollenho, cui loco per Praepositum Fredericum supradictum nomen sui Conventus indidit, hoc est Belheem, latine Bethleem.

Quomodo sensim in temporalibus succreverint.

Quoniam autem familia parva numero fuit ab initio, ut puta quatuor sive quinque Fratrum Sacerdotum, sufficiebat illis bona a Fundatore illis assignata. Verum crescente familia accrevit similiter et terrena substantia. Inprimis ipse Dns Fundator noster, priusquam moreretur, emerat quaedam bona in Zallandia, ac in Parochia et in Oppido Zwollensi, tam in agris, quam in pratis et pascuis et warandiis, censibus etc., pro certa summa pecuniae, videlicet ducentis et quinquaginta libris nigrorum turonen. etc. Est litera scabinalis, quae hoc modo concluditur: In cujus rei testimonium rogati ab Emptore et Venditoribus dedimus saepe dicto D. Bernardo Decano Daventriensi nostro concivi et burgensi praeentes literas sigillo Oppidi nostri sigillatas. Datum Anno Dni MCCC octavo feria 4 post Festum Paschae.

Anno Dni MCCCX. Hendericus de Stockem Clericus et Jutta soror ejus religiosam vitam ducere cupientes, dederunt se et sua domui Ordinis Regularis in Zwollis etc., domum scilicet de Avereesch cum attinentiis suis sitam toe Linderte in Parochia Raelte. Consensit Guido Episcopus Traiectensis. Actum Daventriac Anno quo supra ipso die Willibrordi Episcopi.

Anno Dni MCCCXX in crastino Epiphaniae, cum jam Hendericus Stockem esset Prior et soror ejus Jutta conversa bujus domus, citatus fuit coram Dno Gerardo Praeposito Daventriense a tribus Fratribus de Tynen-campe super minuta decima domus et bonis Avereesch in Raelte, jura-

mento probavit, quod praefatae decimae ad se et ad nullum alium pleno jure pertinerent. Sicque Fratres illi contentati promiserunt, se nunquam post hoc mentionem facturos. Acta sunt hacc praesentibus cum Priore praedicto, Lubberto et Joanne, Canonicis suis, atque aliis fide dignis testibus. Reservavit ex bonis istis Episcopus sex flor. ann.

A. Nos Johannes dei et apostolice sedis gratia Electus Traiectensis notum facimus vniuersis, quod super causa, lite et controuersia, habitis et exortis inter religiosos viros, prepositum monasterii siue ecclesie betlehemensis ex parte vna, et patres canonicos regulares in suollis ex altera, super institutione et destitutione prioris dictorum canoniconorum de suollis, et electione, visitatione, correctione et subiectione eorundem, dictis partibus coram nobis legitime comparentibus et super premissis per nos de plano procedi potentibus, visis et auditis rationibus hinc inde ac instrumento fundationis et dotationis domus dictorum canoniconorum de suollis et confirmationis eiusdem, habitoque vna nobiscum iurisperitorum consilio, dei nomine inuocato, declarando pronuntiamus, institutionem et destitutionem dicti prioris suollensis ad prepositum ecclesie betlehemensis de consensu conuentus suollensis pertinere, confirmatione ipsius prioris nobis reseruata, dictumque prepositum betlehemensem in dicta ecclesia suollensi visitationem, inquisitionem et correctionem habere, receptionem vero fratrum seu canonicorum in eadem ecclesia suollensi et dispositionem bonorum eiusdem ad ipsos priorem et canonicos siue fratres suollenses spectare declarantes, cum bona conuentus suollensis ad conuentum betlehemensem nulla ex causa juxta fundatoris dictae domus intentionem poterint peruenire, et si qua dubia circa premissa seu eorum aliquod

remanserint declaranda, nostre declarationi reseruamus. Pronunciatum et datum presentibus ven. viris dominis Jacobo preposito sancti Johannis, Egidio decano sancti salvatoris, Suedero de Vorne canonico maioris ecclesiarum Traiecten. et pluribus alijs fidedignis. Anno domini M.CCC vicesimo tertio in crastino decollationis beati Johannis.

B. Johannes episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs Abbatii monasterii sancti Jacobi et Archidiacono de famenna ac Thesaurario Leodien. ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis Prepositus et Conuentus monasterii Bethlemen., per Prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Traiecten. diocesis, petitione monstrarunt quod institutio et destitutio Prioris oratorii siue domus Suollen., eiusdem ordinis, dicte diocesis, eidem monasterio pleno iure subiecti, nec non visitatio, correctio et reformatio Prioris et fratrum eiusdem oratorii siue domus Suollen., et receptio ipsorum fratrum ad eosdem Prepositum et Conuentum de antiqua et approbata et hactenus pacifice obseruata consuetudine pertinere noscuntur, et tam ijdem Prepositus et conuentus quam predecessores eorum in pacifica possessione uel quasi iuris instituendi et destituendi Priorem dicti oratorii siue domus, nec non uisitandi, corrigendi et reformandi fratres eosdem, ipsosque fratres recipiendi fuerunt a tempore fundationis oratorii supradicti. Cumque ijdem Prior et fratres, falso asserentes premissa, non competere Preposito et Conuentui supradictis, eosdem Prepositum et Conuentum super hijs petendo ipsos super premissis, perpetuum imponi silentium coram venerabili fratre nostro, Episcopo Traiecten., auctoritate ordinaria traxissent in causam, idem Episcopus in causa ipsa procedens, partim pro dictis Preposito et Conuentu, et partim contra eos sententiam promulgauit, a qua iidem Prepositus et Conuentus, in eo quod contra ipsos lata extitit, ad

sedem apostolicam appellarunt. Quocirca discretioni vestre, de utriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta mandamus, quatenus apud Leodium, legitime in huiusmodi appellationis causa procedentes sententiam ipsam in eo quod contra ipsos lata extitit, confirmare uel infirmare, appellatione remota, curetis prout de iure fuerit faciendum. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Auinion. kl. Dec. Pontificatus nostri Anno Octauo.

C. In nomine domini Amen. Uniuersis presentes litteras inspecturis Abbas monasterii sancti Jacobi Leodien. judex a sede apostolica datus vna cum venerabilibus viris Archidiacono de famenna et Thesaurario in Ecclesia Leod. qui Archidiaconus nobis vices suas commisit, dicto Thesaurario se sufficienter excusante, in causa appellationis que auctoritate apostolica vertitur coram nobis inter etc.

Quapropter, Christi nomine inuocato, pronunciamus et finaliter dissimus in hijs scriptis in hunc modum. *In nomine domini Amen. In causa, que, per appellationem ad sedem apostolicam interpositam, ad nos deuoluta dinoscitur et vertitur coram nobis inter Johannem de sancta barbara, prepositi et conuentus monasterii bethleensis, Traiecten. dyoc., appellantem ex una parte, et Gerardum dictum mol, prioris et fratrum domus suollen. dicte dyoc. appellatorum ex altera, procuratores nomine procuratorio dictarum partium et pro eis, visis et attente discussis meritis dicte cause, quia per confessionem predicti Gerardi, procuratoris dictorum prioris et fratrum domus suollen. factam in iudicio coram nobis, evidenter apparet, quod a tempore fundationis et dotationis dicte domus suollen. ordinatum extitit, et a domino Guydone, tunc traiecten. episcopo, approba-*

tum ac etiam ab eodem auctoritate ordinaria confirmatum, quod prepositus et conuentus dicti monasterii bethlemen. soli et in solidum haberent potestate non solum instituendi ac destituendi priorem dicte domus suollen., quotiens eis expedire videretur, absque consensu conuentus et fratum ipsius domus suollen., sed et nominandi, eligandi, recipiendi et preficiendi fratres et canonicos dicte domus suollen. presbyteros, qui ibidem in habitu regulari deo deseruirent et etiam continue residerent pro diuinis officiis exercendis, et quod ex huiusmodi ordinatione, institutione et confirmatione, premissa spectant et pertinent ad prefatos prepositum et conuentum monasterii bethlemen. solos et in solidum, et non ad alium, absque consensu prioris aut fratum dicte domus suollen.; suntque dicti prepositus et conuentus monasterii bethlemen. a tempore fundationis dicte domus suollen. et citro in possessione uel quasi pacifica et quieta iurium predictorum usque ad tempora illa, quibus nouissime dicti suollen. ipsos bethlemen. super hiis perturbare et inquietare ceperunt. Conuocato juris peritorum consilio, Christi nomine inuocato, sententiam a Reuerendo in Christo patre et domino, Johanne dei gratia Traiecten. episcopo, contra dictos bethlemen. pro ipsis suollen. super dictis juribus nuper latam, infirmamus, ac pronunciamus, dictos bethlemen., quantum ab hoc, ab ipsa sententia bene et legitime appellasce, predicta jura ad dictos bethlemen. solos et in solidum pertinere et eis competere finaliter declarantes, ac institutionem fratris Henrici de Arden in priorem dicte domus suollen. necnon receptionem domini Gerardi de Engherinck presbyteri in fratrem et canonicum domus eiusdem pro parte dictorum suollen. post appellationem huiusmodi attemptatas, etiam reuocantes, sententiam vero prefati domini Johannis, quoad alia in ipsa contenta, de quibus coram eo inter predictas partes tunc lis siue questio vertebatur, confirmamus, questione expens. nobis reseruata. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium et muni-

men litteris presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno domini MCCCvicesimo sexto scria secunda post dominicam: misericordia.

D. Bonifacius seruus seruorum Dei. Vacantibus sub religionis obseruantia studio pie uite apostolici fauoris presidium libenter impendimus et in hijs, que solidationem status necnon perpetuam pacem et tranquillitatem eorum respi ciunt, nos eis gratiosos et fauorabiles exhibemus. Dudum siquidem pro parte dilectorum filiorum sancte Marie in Windesem et in Eemsteen ac Fontis beate marie prope Arnhem, necnon Nouelucis prope Hoern, per Piores solitorum gubernari, ordinis sancti Augustini, Traiecten. dioc., Monasteriorum, Priorum et Conuentuum nobis exposito, quod olim ipsi pie ac iuste attendentes, quod quia in diuersis mundi partibus quamplura Monasteria fraterna uisitatione caruerant, in progressu sancte religionis ac in debita et regulari disciplina notabiliter perierant, et cupientes huiusmodi ipsorum Monasteria in laudabili et debita obseruatione conseruari, ac scandalis et periculis, que uerisimiliter exoriri possent, salubriter obuiare uolentes, statuerant et etiam se inuicem colligando ordinarant, quod singulis Annis Capitulum generale per Piores et Canonicos eorundem Monasteriorum celebraretur et superior ac omnes alii Piores eorundem Monasteriorum cum ipsorum Conuentibus eisdem Capitulo obedire tenerentur, Prior vero eiusdem Monasterii sancte Marie in Windesem esset et manere deberet superior eorundem, nisi propter notabilem utilitatem uel necessitatem dictorum Monasteriorum in duobus Capitulis generalibus continua omnes diffinitores concorditer eandem superioritatem cum priuilijs suis ad aliud Monasterium siue domum ipsius ordinis ducerent transferendam. Et quod in eodem Capitulo nominarentur Electores diffinitorum et diffinitores huiusmodi eligerentur ad instar Capitulorum generalium per Piores

et fratres ordinis Carthusien. alias celebratorum, quicquidem diffinitores haberent una cum superiore, Priore prefato, plenariam potestatem statuendi, corrigendi et reformati, que secundum deum pro conseruatione religionis et ordinis sancti Augustini predictorum melius et utilius viderent expedire, ac quicquid ab eis omnibus, uel saltem a maiori parte ipsorum, concorditer diffinitum foret seu statutum, publicaretur et diligenter tam a prelatis quam a subditis primo Anno obseruaretur, Secundo uero Anno eadem statuta examinarentur ac in Tertio approbarentur, si approbanda viderentur, et si ea approbari contigeret decetere plenam haberent in omnibus eorum Monasterijs firmatatem. Ita tamen quod huiusmodi statuta quemquam ad culpam minime obligarent sed ad penam, nisi ea quis in contemptum dicti ordinis sancti Augustini transgredi presumeret. Et insuper statuerant et ordinauerant quod singuli Piores dictorum Monasteriorum per se aut per suas litteras absolutionem officiorum Prioratum, eis commissorum, in generali Capitulo petere Annis singulis tenerentur, Primo Prior superior ab antiquiore Priore post eum, et subsequenter omnes a superiore Priore, et deinde fieret tractatus de absolutione singularium Priorum corundem, quodque prefati diffinitores, in quantum eis videretur, buiusmodi Piores et eorum quemlibet a regiminibus dictorum Monasteriorum absoluere possent et Conuentibus ipsorum Monasteriorum significare, et quod Conuentus Monasterii, sic Priore parentis, uocatis duabus alijs Prioribus Monasteriorum corundem, qui electioni huiusmodi interessent, alium Priorem sibi eligere ualarent, dictaque electio per prefatos duos Piores confirmari deberet, que forma electionis et confirmationis etiam obseruanda esset in obitu uel resignatione seu depositione cuiuscunque Prioris alicuius Monasteriorum corundem. Si uero Conuentus alicuius Monasteriorum corundem ex aliqua causa iure eligendi ipsis Priorem, cum casus uacationis adesset, priuati existerent, electio et confirmatio huiusmodi ad generale

Capitulum, si commode differri posset, alioquin ad ipsorum superiorum Priorem immediate deuolueretur. Preterea Prior superior, qui pro tempore foret, cum suo conuentu singulis Annis super eisdem Monasterijs et domibus eiusdem ordinis, in casibus, qui ad Capitulum generale commode differri nequirent, illam auctoritatem et potestatem haberet, quam haberent predicti dissinatores dum generale Capitulum huiusmodi celebraretur, et quod nulli ipsorum ad aliquem preterquam ad superiorem Priorem uel generale Capitulum liceret appellare, dictique dissinatores ordinarent uisitatores, qui nomine dicti Capituli singula Monasteria et domos dicti ordinis iuxta formam eis ab eodem Capitulo traditam, cum potestate corrigendi excessus, tam in capite quam in membris, uisitarent, quodque ut in omnibus monasteriis aut domibus eis colligatis uel subiectis, aut imposterum subiiciendis, cuiuscunque diocesis essent, in diuino officio omnes uniformiter seruarent secundum ordinatum ecclesie Trajecten., demplis quibusdam historijs specialibus, quas Romana ecclesia noscitur non seruare, et additis resecatisque quibusdam alijs secundum quod dissinatores Capituli generalis religioni et deuotioni omnium ipsorum iudicarent conuenire; ac nobis humiliter supplicato ut statutis colligationi et ordinationibus huiusmodi robur apostolice confirmationis adjicere ac quod si aliqua alia Monasteria dicti ordinis sancti Augustini imposterum construi contingeret et statutis colligationi et ordinationibus predictis uoluntarie se summitterent, priuilegiis supradictis quatuor Monasterijs concessis gaudere possent concedere dignaremur. Nos colligationem, statutum et ordinationem prefata rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica per nostras litteras confirmauimus ac eadem auctoritate concessimus, quod si in futurum aliqua alia Monasteria eiusdem ordinis sancti Augustini construi de nouo contingeret et huiusmodi statutis colligationi et ordinationibus liberaliter et uoluntarie se submittere uellent, ut presertur, gauderent privilegiis illis, quibus predicta

quatuor Monasteria quomodolibet gauderent seu etiam gaudere possent, prout in dictis litteris plenius continetur. Verum sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris et Conuentus Monasterii in Swollis, etiam per Priorrem soliti gubernari, ordinis sancti Augustini et Traiect. dioc. predictorum petitio continebat, dictum eorum Monasterium, ex ipsis fundatione, Monasterio in Belheem, ordinis et dioc. eorundem, quod in temporali dominio ducis Gelrie pro tempore existentis consistit, et a quo predictum eorum Monasterium satis longe distat, suffuisse et ad hoc subesse dinoscitur, ipsique Prior et Conuentus Monasterii in Swollis ab huiusmodi fundatione et alias de antiqua et approbata et hactenus pacifice obseruata consuetudine ad supradictum Monasterium in Belheem nouitios suos, ut regularem habitum dicti ordinis sancti Augustini recipient, et ut etiam lapsi probationis Anno ordinem profiteantur, eundem (?) mittere sunt astricti in ipsorum satis magnum dispendium et grauamen. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, Canonicci dicti Monasterii in Belheem ab obseruantia regularis discipline necnon statutorum antiquerum dicti sui Monasterii, quorum autentica exemplaria adhuc habentur, in multis miserabiliter declinarint et iamdiu discesserint, ac personis aliorum Monasteriorum ordinis et dioc. predictorum in huiusmodi regulari disciplina ualde dissimiliter uiuant, ac Canonicci predicti Monasterii in Swollis, huiusmodi suorum superiorum uestigiis inherentes, multis Annis et temporibus citra absque regulari disciplina in animarum suarum graue periculum, et aliqui eorum incontinenter uiuendo multimodis uitiis excesserint, licet nunc diuina gratia, ut speratur, illustrati et reuersi, suosque recognoscentes excessus et errores, penitentia de commissis per eos recepta, ad uiam huiusmodi regularis discipline et obseruantie, ut tenentur, sint conuersi, cogitantes quod ipsorum bonum propositum et emendatio uite propter declinationem et dissimilitudinem uite prefatorum suorum superiorum, ut presertur, quamdiu

